

S. Hier. in locis Hebraicis *Thermah*; & apud LXX. *Thedmor* legitur. Fuit hæc urbs à tota Iudæa remota; sed cum Salomon totam illam regionem usque ad Euphraten obtineret, ad regni sui firmamentum, ibi maximam ac minutissimam urbem condidit. A palma videtur nomen urbi esse factum, quod illic palmeta sint plurima.

PAMPHYLIA, 1. Mach. 15. v. 23. & in Actis frequenter. Asiæ Minoris regio, habens ab occasu Lyciam, & partem Asiæ strictè dictæ; à Septentrione Galatiam; ab Oriente Ciliciam, & partem Cappadociæ.

PANEAS, apud Auctores profanos. Vide *Lais*.

PAPHUS, Act. 13. v. 6. Cypri insulæ civitas, ad Occidentalem eius extremitatem.

PARADISUS VOLUPTATIS, Gen. 2. v. 8.

PARTHI, Act. 2. v. 9. à Parthia regione, quæ trans Mediam & Peridem sita est, sic dicti populi.

PATARA, Act. 21. v. 1. urbs Lyciæ in Asia Minori.

PATMOS, Apocal. 1. v. 9. Maris Icarii sive Ægæi, quod nunc Archipelagus nuncupatur, insula; ad quam à Domitiano Imperatore relegatus est Ioannes Apostolus.

PELLA, Ioseph. lib. 13. Antiq. cap. 23. & S. Hier. frequenter in libro de locis Hebraicis. Cælesyriæ oppidum trans Iordanem. Incolæ fuerunt gentiles & exteri. Nomen accepit à Pella Macedonia Metropoli, cum hæc ferè à folis Macedonibus, qui in Asia sub Alexandro stipendia meruerant, inhabitata fuerit.

FELUSIUM, Ezech. 30. v. 15. Ægypti urbs ad Orientale Nili ostium. Putat Bonfr. eam esse urbem, quæ hoc tempore *Damieta* appellatur.

PENTAPOLIS, Sap. 10. v. 6. regio fuit amœnissima, ad Iordanem, quinque urbes, ut vox sonat, habens, Sodomam, Gonorrhiam, Adamam, Segor sive Balam, & Seboim. Eculæ sunt omnes præter Segor omnium minimam, cui ob preces Lot parvum est. Eo in loco, quem vastavit incendium, nunc lacus erumpit, quem Asphaltiten, vel mare mortuum appellamus.

PERCUSSIO OZÆ, 2. Reg. 6. v. 8. locus ita dictus iuxta Ierosolymam, qui 1. Paral. 13. v. 11. dicitur *divisio Ozæ*. In Hebræo utrobique est una eademque vox פְּרָס *Peres*, quæ significat *divisionem*, seu *destructionem*.

PERGAMUS, Apoc. 1. v. 11. Troadis urbs in Asia Minore, quæ una fuit ex septem, ad quas Ioannes suam scripsit Apocalypsim.

PERGE, Act. 13. v. 13. urbs Pamphiliæ in Asia Minori.

PERSEPOLIS, 2. Machab. 9. v. 2. urbs Persidis, eaque regni caput. Verisimilius eadem cum Elymaide, 1. Mach. 6. v. 1. PERSIS, Daniel. 11. v. 2. regio Asiæ celeberrima, trans Chaldæam & Babyloniam, quæ & ipsa in manus Persarum cum Medis devenit.

PETRA, Iudic. 1. v. 36. hæc cum Ascensu scorpionis coniungitur, fuitque in extremis Iudææ finibus ad Austrum, in Idumæorum vel Amalecitarum montibus.

PETRA DIVIDENS, 1. Reg. 23. v. 28. ita dictus locus, quod illic Saul coactus sit à persequendo Davide desistere, & retro abire, ut Philisthæis sese opponeret.

PETRA ETAM, Iudic. 15. v. 8. in tribu Iuda, ubi Samson delituit.

PETRA HOREB, Exod. 17. v. 6. in Raphidim, in deserto.

PETRA OREB, Iudic. 7. v. 25. & Isaiæ 10. v. 26. locus, quantum colligi potest, inter mare Galiliæ & mare mortuum. Ita dictus est ab Oreb rege Madian, per Ephraimitas illic interfecto.

PETRA, Petræ Arabiæ Metropolis; verisimiliter huius mentio fit Isaiæ 16. v. 1. ubi *Petra deserti* dicitur, & Isaiæ 42. v. 11. ubi *habitatores Petræ* nominantur. Huius Petræ sæpius fit mentio in lib. de locis Hebraicis. Bonfr. eam distinguit ab *Ar* & *Aroër*, utpote quæ multò Borealiores erant. S. Hier. ponit *Petram* in terra Edom.

PETRA REMMON, Iudicium 20. v. 47. & cap. 21. v. 13. Hanc non aliam putat esse Bonfr. quam *Collem Remmon*, qui ponitur ad Austrum Ierusalem, Zachar. 14. v. 10. adeoque in tribu Iuda vel Simconis.

PHALLON, 1. Paral. 27. v. 10. oppidum vel vicus ignobili-

lis in tribu Ephraim; unde nomen patronymicum Phallonites.

PHALTI, 2. Reg. 23. v. 26. *Heles de Phalti*, qui 1. Paral. 11. v. 27. dicitur *Helles Phalonites*, & cap. 27. v. 10. *Helles Phalonites de filiis Ephraim*; unde est idem locus cum Phallon.

PHANUEL, Gen. 32. v. 30. ubi de loco, & nomine loci. Significat *vox faciem Dei*, vel *visionem Dei*, vel *videntem Deum*. Est autem locus iuxta vadum Iaboc à parte Australi; ubi postea civitas condita est, quæ nomen Phannuel retinuit, Iudic. 8. v. 8.

PHANUEL, 3. Reg. 12. v. 25. Non occurrit urgens ratio hæc *Phannuel* à priori distinguendi, quandoquidem regio Trans-Jordanina, in qua erat *Phannuel* prior, ad Ieroboam ditionem pertinet.

PHANUEL, Iudic. 8. v. 17. erat turris Phannuel sed non distincta à turri, quæ erat & arx civitatis *Phannuel*.

PHARA, 1. Mach. 9. v. 50. fortè eadem cum *Pharathon*.

PHARAN, Gen. 14. v. 6. vocatur hic *Campestris Pharan*; & cap. 21. v. 21. vocatur *Desertum Pharan*; & Deut. 33. v. 2. *Mons Pharan*. Etiam est iuxta Auctores profanos *Pharan* urbs & promontorium, ad mare rubrum. Omnia, quæ diversis nominibus additis, Scriptura nomen *Pharan*, non distinguimus notabiliter; scientes tamen, quod mons non sit campestris, & desertum non sit civitas. Præter civitatem autem Pharan, quæ est promontorium, ad mare rubrum, S. Hier. ponit in libro de locis, oppidum Pharan trans Arabiam, iunctum Saracenis, quod indubiè procul abest ab hac civitate maritima.

PHARATHON, Iudic. 12. v. 15. locus in terra Ephraim, in monte Amalec.

PHARPHAR, 4. Reg. 5. v. 12. Fluvius Damasci.

PHARURIM, 4. Reg. 23. v. 11. Obscurum valde quis hic sit locus. Aliqui hanc vocem appellativè sumunt, & pro *in Pharurim*, in suburbanis reddunt. Tamen ut nomen proprium retineat S. Hier. in nostra versione, & LXX. Hinc Bonfr. per *Pharurim*, *suburbana Ierosolymæ* intelligit; reflectens quod per urbem simpliciter, intelligatur Ierosolyma, sicque per suburbana simpliciter, suburbana Ierosolymæ. Vult tamen rectius intelligi eam urbis partem ad Occidentem templi, quæ monti Sion & urbi superiori subiecta erat.

PHASELIS, 1. Mach. 15. v. 23. urbs in littore Pamphiliæ, ad quam, ut & ad alias, scripserunt Romani.

PHASGA, Num. 21. v. 20. Fuit idem cum monte Nebo, vel vertex & suprema eius pars, ut colligitur ex Deut. 34. v. 1. Vide *Mons Phasga*.

PHATHURES, vel PHATURES, Ierem. 44. v. 1. & 15. & Ezech. 29. v. 14. & cap. 30. v. 14. Dicit S. Hier. ad Ezech. 24. *Phathures* esse Ægypti Metropolim; indubiè à *Pherusim* filio Mesraim, Gen. 10. v. 14. cuius posteri superiorem partem Ægypti occuparunt.

PHAU, Gen. 36. v. 39. & 1. Paral. 1. v. 50. urbs Idumæorum, in qua natus est Adar vel Adad rex Idumæorum.

PHELON, 1. Paral. 11. v. 36. eadem quæ *Phallon*. Vide *Phallon*.

PHEREZÆI, Gen. 34. v. 30. unus ex populis Palestinam olim inhabitantibus. Vide Iosue 17. v. 15.

PHESDOMIM, 1. Paral. 11. v. 13. In Hebræo est אֶפְסֵי דֹמִים *Ephes Dommim*, 1. Reg. 17. v. 1. S. Hier. vertit in *finibus Dommim*. Locus est in tribu Iuda, nam Socho & Azeca, quorum 1. Reg. 17. fit mentio, erant in tribu Iuda.

PHETROS, Isaiæ 11. v. 11. LXX. habent *Babyloniam*. A quorum opinione non recedimus, dummodo Babyloniam Chaldææ Metropolim non intelligatur, sed antiquissima ac nobilissima urbs Ægypti. Ratio est quod pro *Phetros*, in Hebræo fit פְּתָרוֹס *Phetros*; quæ vox alibi in Scriptura, etiam in versione nostra, *Phatures* dicitur; & hæc certò in Ægypto fuit.

PHIHAIROTH, Exod. 14. v. 1. & Num. 33. v. 7. & 8. locus, è cuius regione castrametati sunt filii Israël, immediatè antequam transirent mare rubrum.

PHILADELPHIA, Apoc. 1. v. 11. videtur ea esse, quæ erat in

in Lydia; non quæ erat in Cilicia; sive quia ista in Lydia erat maioris nominis; sive quia reliquæ urbes, ad quarum Episcopos Ioannes scribit in Apocalypsi, in eodem tractu, ad mare Ægæum erant.

PHILADELPHIA, S. Hier. sæpius in libro de locis. Urbs in Cælesyria, Ammonitarum regia. Ab hac, aliarum civitatum sæpius sumitur distantia.

PHILIPPI, Act. 16. v. 12. prima partis Macedonia civitas, ad quorum cives Paulus epistolam scripsit.

PHILISTHIM, nepotes Mesraim, Gen. 10. v. 14. Palæstini populi, qui cum terræ Chanaan partem Meridionalem possederent, in eo Sarrapias quinque constituerunt, Gazam, Alcalonem, Azotum, Accaronem, & Geth.

PHISON, Gen. 2. v. 11. fluvius qui circuit omnem terram Hevilath. Secundum S. Hier. interpretatur *Caterva*.

PHITHOM, Exod. 1. v. 11. urbs Ægypti ab Israëlitis edificata, dum in Ægypto gravi servitute premerentur.

PHOENICE, 2. Mach. 3. v. 5. & sæpius, Syriæ totius regio nobilissima, eaque tota ad Septentrionem Terræ Promissæ, ad mare Mediterraneum posita; ita ut Sidon, & Tyrus, aliæque urbes in Phœnicie computentur.

PHOENICE, Act. 27. v. 12. portus in Creta insula, qui respicit ad Africum, & Corum.

PHOGOR, Num. 23. v. 28. mons seu iugum unum montium Abarim, ac in iugo fanum, in eoque turpissimum idolum, cuius fit mentio Num. 25. v. 18. & quod idem cum Priapo plerique autunt; à quo & *Behphogor*, seu fanum *Phogor*, urbs & fanum, in quo idolum colebatur, in Scriptura appellatur.

PHRYGIA, Act. 2. v. 10. & frequentius, Asiæ Minoris regio iuxta Hellepontum, quæ in Maiorem & Minorem dividitur.

PHUNON, Num. 33. v. 42. & 43. mansio una filiorum Israël in deserto.

PILA, Sophon. 1. v. 11. vocantur habitatores *Pile*.

PISCINA, 2. Efdæ 3. v. 16. Vide *Piscina Inferior*.

PISCINA GABAON, 2. Reg. 2. v. 13. ab urbe vicina sic dicta, iuxta quam Abner cum suis per Ioab in fugam actus est.

PISCINA IN HEBRON, 2. Reg. 4. v. 12. verisimilius in suburbano illius civitatis sita fuit, supra quam interfectorum Isobeth manus & pedes suspensi sunt.

PISCINÆ IN HEBEON, Cant. 7. v. 4. videntur binæ fuisse, in eiusdem urbis portis, seu iuxta eas sitæ. Opus, quantum colligi potest, visendum & venustum; quodquidem nihil potius habuerit sponsum, cui geminos sponzæ oculos, venustos, & amenos, compararet.

PISCINA INFERIOR, Isai. 22. v. 9. utraque, *superior* & *inferior*, iuxta muros civitatis David, montisque Sion, in quas derivabantur fontium Gion aquæ; è quibus deinde aquæ in hortos regios & vicina loca deducebantur. Dicitur autem una *superior*, ratione sitis loci; erat enim ad Meridiam montis Sion; altera *inferior*, quæ etiam dicta est *Natoria Siloe*, ad Orientem; vel potius in angulo Orientis ac Meridiei: erat autem ab Occidente in Orientem descensus perpetuus, sed lenis; quocirca omnes aquæ versus Orientem decurrebant. Utriusque auctor videtur fuisse Salomon, ut patet Eccles. 2. v. 6. *Superior* videtur fuisse magnificentior, unde 2. Efdæ 3. v. 16. dicitur *Piscina*, quæ grandi opere constructa est. Hinc ipsa 2. Efdæ 2. v. 14. peculiariter *piscina* vel *aquæ ductus regis* dicta est. Alias etiam *piscina vetus* vocatur, uti Isai. 22. v. 11.

PISCINA PROBatica, Ioan. 5. v. 2. quæ nobis eadem est ac *peccalis*. Hæc in Ierusalem quinque porticus habuit. Etate S. Hier. ostendebantur gemini lacus, quorum unus hybernus pluviis adimpleri solebat; alter mirum in modum rubeus; nam hostias in eo lavari à Sacerdotibus solitas, ferunt; unde & nomen accepit. Vide *Behsaida* 2.º

PISCINA SAMARIE, 3. Reg. 22. v. 38. in qua canes sanguinem regis Achab occisi, linxerunt.

PISCINA SILOE, 2. Efdæ 3. v. 15. Vide *Piscina inferior*.

PISCINA SUPERIOR, 4. Reg. 18. v. 17. Vide *Piscina inferior*.

PISCINA VETUS, Isai. 22. v. 11. Vide *Piscina inferior*, in fine.

PISIDIA, Act. 13. v. 14. Asiæ Minoris regio, inter Phrygiam, Lycaoniam, & Pamphiliam: fortèque est & quædam Pamphiliæ pars.

PLANITIES IERICO, 4. Reg. 25. v. 5. Vide *Campestris Iericho*.

PONTUS, Gen. 14. v. 1. & sæpius, Asiæ regio; Hebræicè & apud LXX. loco citato, *Ellasar*. Sine autem *Pontus*, cuius in Scriptura fit mentio, illa regio, quæ *Ponto Euxino* adiacens, itidem *Pontus* à Geographis appellatur, obfcurum est.

PORTÆ URBIS IEROSOLYMITANÆ.

PORTA ANGULI, 2. Paralip. 25. v. 23. & Ierem. 31. v. 38. Adrichomius, Brochardus, Arias Montanus, cum in angulo Orientis & Septentrionis collocant, iuxta turrim Hananeël. Conformius ad textus citatos, eam in Angulo Occidentis & Septentrionis ponunt Villalpandus & Bonfr. 12. v. 38. constituenda videtur inter portam Ephraim, & portam Piscinam, ad latus Boreale, ut colligitur ex citatis textibus. Dicta est autem *Vetus*, iuxta Bonfr. quod iam indè à Melchisedechi temporibus credatur permanisse.

PORTA AQUARUM, 2. Efdæ 3. v. 26. Scriptura eam trans Ophel collocat ad Orientem. Sic dicta, vel quod ad aquas illac exitus esset, nempe ad torrentem Cedron; vel quod aquæ è monte Sion, aliisque vicinis ad Septentrionem montibus, in vallem Tyropoeon decurrentes, per hanc portam effunderentur in torrentem Cedron. Hanc portam esse aliam à *Porta Fontis*, Scriptura 2. Efdæ 3. v. 15. & 26. & cap. 12. v. 35. perspicuè indicat.

PORTA BENIAMIN, Ierem. 20. v. 2. Relictis aliorum placitis, non videtur Bonfr. alia fuisse porta, quam illa, quæ ex urbe superiori ibatur ad inferiorem; cum loco citato dicatur fuisse in *Domo Domini*, seu *iuxta Domum*. Nec propterea *Porta Benjamin* quærenda est in ambitu civitatis, quia dicitur illic, in *Porta Benjamin superiori*; quasi & altera foret inferior: nam illud explicari potest, quod porta illa fuerit in altiore loco constituta, nempe per quam è monte Sion ad inferiorem urbem veniebatur.

PORTA CUSTODIÆ, 2. Efdæ 12. v. 38. Hanc non in urbis ambitu quærendam esse; sed esse illam, per quam iretur in Ophel, ubi Nathinæi concludebantur, consert Villalpandus.

PORTA EPHRAIM, 4. Reg. 14. v. 13. fuit in omnium sententia, in latere urbis Septentrionali, nempe quæ ad tribum Ephraim ibatur, quæ tribus ad Septentrionem vergebat. Videtur autem, quantum colligi potest ex 2. Efdæ 12. v. 38. propior fuisse Occidentali lateri, quam Orientali.

PORTA EQUORUM, 4. Reg. 11. v. 16. iuxta regis palatium, per quam educabantur equi regum in torrentem Cedron, ad aquatum. Fuisse autem Orientalem hanc portam, ipse loci situs indicat, disertèque à Ieremia afferitur cap. 31. v. 40. Fuit autem ipsi Ophel Australis; atque adeo & ipsi templo ad latus versus Austrum. Fortè alia non fuit à *Porta Aquarum*, quæ in eodem tractu videtur constituenda.

PORTA FICTILIS, Ierem. 19. v. 2. erat illa, quæ exibatur ad vallem filii Ennom; atque adeo necessariò ad Orientem est sita. Fortè nec hæc est alia à *Porta Aquarum*, non enim occurrit urgens ratio eas distinguendi.

PORTA FONTIS, 2. Efdæ 2. v. 14. & cap. 3. v. 15. & cap. 12. v. 35. Sic dicta fuit à fonte Siloè seu Gihon, celeberrimo, ad quem per hanc portam ibatur. Sita fuit ad Occidentem iuxta gradus, per quos ascendebatur ad montem Sion.

PORTA FUNDAMENTI, 2. Paral. 23. v. 5. eadem cum *Porta Scutariorum*, quam vide.

PORTA GREGIS, 2. Efdæ 3. v. 1. & sæpius in eodem libro. Haud dubiè in omnium sententia ad Orientem fuit iuxta templum, nonnulla ad Aquilonem deflexione, per quam omnes ferè immolandæ victimæ in urbem inducebantur, iuxta quam & forum pecuarium, & Probatica Piscina erat.

PORTA PISCINIUM, 2. Efdæ 3. v. 5. & cap. 12. v. 38. in Bo-

reall' urbis latere, in eodemque latere proxima turri Hanaecl, quæ erat in angulo Septentrionis & Orientis. Verisimilius est hanc portam à piscibus, qui à mari Galilææ in urbem per hanc portam inferebantur, vocatam fuisse *Piscium*.

PORTA SCUTARIORUM, 4. Reg. 11. v. 6. quæ ex templo ibatur in regiam, vel è regia in templum. Eadem cum *Porta Fundamenti*.

PORTA STERCORIS, 2. Esdræ 2. v. 13. & c. 3. v. 13. & 14. ubi *Porta Sterquilini* vocatur. Statuenda est ad Occidentem, inter portam vallis & portam fontis. Sic dicta fuit, non quod per eam decurrerent omnes sordes civitatis in torrentem Cedron, tempore pluvioso; sed verisimilius, quia sordes, & quidquid ferè immunditiæ legali pollutum erat, forsaque effereundum, ut erant morticina animalium, per illam portam à maiore civitatis parte efferebatur in locum immundum, nempe in monti Calvarie subiectam vallem.

PORTA SUR, 4. Reg. 11. v. 6. Vide *Portæ Templi*.

PORTA VALLIS, 2. Esdræ 2. v. 13. & seqq. & cap. 3. v. 13. Ut ex locis citatis colligitur, ad Occidentem, & omnium maximè Borealis statuenda est. Unde attenda in supradictis capitibus tota ædificatione, liquet nomine *Vallis* non intelligi *Vallem Cedron*, sed *Vallem Cadaverum*, quæ ad Occidentem erat, iuxta Calvarie montem.

PORTÆ TEMPLI. Distinguenda sunt & atria & tempora. *Atrium gentiliū* in templo Salomonico & deinceps ad Herodianæ tempora, videtur quatuor portas habuisse, ab unoquoque latere unam: Orientalis tamen, quæ præcipua, & cæteris augustinior erat, etiam videtur *Porta Sur* appellari, 4. Reg. 11. v. 6. De atrio autem gentiliū intelligi debet, quod habetur 1. Paral. 9. v. 24. per quatuor ventos erant ostiarii. Atrium Israëlitarum eodem tempore tres portas habuit, Orientalem, Occidentalem, & Aquilonarem. De his videri possunt textus, 2. Paral. 31. v. 14. & 2. Esdræ 3. v. 29. & Ezech. 46. v. 9. Hoc atrium Occidentalem portam non habuit, id enim exigebat vicinitas Sanctuarii, & reverentia loco debita. *Atrium Sacerdotum* nullo tempore videtur plures portas, quam tres habuisse, ad Orientem, Aquilonem, & Meridiem. In Herodiano templo quoad duo exteriora atria videtur nonnulla fuisse divinitas, nam atrium gentiliū, præter Orientalem, Aquilonarem, Meridianam, habuit in Occidente non unicam tantum portam, sed quatuor. Atrium Israëliticum, unicam quidem habuit in Oriente augustinior ceteris, at terminas in meridionali latere, ac totidem in Aquilonari portas habuit. Ita Ioseph. lib. 15. Antiq. cap. 14.

PORTA TEMPLI SPECIOSA, Act. 3. v. 2. & 10. videtur ea fuisse, quæ à parte Orientali ingressus erat in atrium gentiliū, seu in porticum Salomonis extimam. Hanc multum pretio ac dignitate præstitisse reliquis, asserit Ioseph. lib. 6. Belli cap. 6. ut merito *Speciosa* dici poterit. Hanc loco citato Iosephus *Corinthiam* appellat, quod ex ære Corinthio esset.

PORTICUS SALOMONIS, Ioan. 10. v. 23. Fuit porticus atrii gentium à Salomone constructa, sic dicta, quantum arbitratur Bonfr. præ reliquis templi porticibus, propter mirabilem substructionem muri à parte Orientali, profundasque valles inter murum & montem Moria impletas, cui substructioni hæc tota innitebatur porticus.

PRÆDIUM IOSEPH, Ioan. 4. v. 5. in Samaria, iuxta civitatem Sichar, quod emerat Iacob, Gen. 33. v. 19. & dederat Iosepho, Gen. 48. v. 22. ac à filiis Ioseph fuit possessum, Iosue 24. v. 32.

PROBATICA PISCINA, Ioan. 5. v. 2. Vide *Piscina Probatica*.

PTOLEMAIS & PTOLEMAIDA, 1. Mach. 5. v. 15. & sæpius. Phœnicæ urbs maritima, Tyro ad Meridiem, Carmelo monti ad Septentrionem. Iudic. 1. v. 31. dicta est *Acho*, ceciditque in sortem tribus Aser, licet Phœnicæ habitatores pristinos expellere non potuerint. Apud auctores prophanos *Ace* dicta fuit, & tempore suo dictam fuisse *Acon* vel *Achon*, asserit Adrichom.

PUTEI BITUMINIS, in valle Silvestri, Gen. 14. v. 10.

PUTEI VARI, in Gerarica regione, de quibus vide Gen. 26. v. 18. 19. 20. 21. 22. 25. 32. 33.

PUTEOLI, Act. 28. v. 13. locus in litore Campaniæ Felicis, quod Paulus Romam iturus appulit.

PUTEUS AQUARUM VIVENTIUM, Cant. 4. v. 15. Huic certum etiam locum vari tribuunt, nempe iuxta Tyrum, ab eaque unâ parvâ horâ versùs Austrum, prope mare magnum. Huius aquis totam illam regionem fecundari, asserunt Brochardus & Adrichom. citati apud Bonfr. Sed unde habeant illum esse puteum, qui à Salomone indicatus est, nec probant, nec firmo argumento probare possunt.

PUTEUS ELIM, Isaiæ 15. v. 8. apud Moabitas.

PUTEUS IUDICII, S. Hier. in locis. Vide *Fons Iudicii*, Gen. 14. v. 7. dicitur *Fons Misphat*.

PUTEUS IURAMENTI, Gen. 21. v. 30. & seqq. Vide *Bersabee*.

PUTEUS VIVENTIS, & VIDENTIS, Gen. 24. v. 62. De huius nominis impositione habes in Gen. cap. 16. v. 14. Erat in deserto Pharan.

## Q

QUARANTANA, Nicol. Sanfon, qui vult illam fuisse desertum non longè à tericho & à mari mortuo, in quod Christus à spiritu ductus, ibi ieiunavit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Ex Matth. 4. & Luc. 4.

QUERCUS CONDENSE ET MAGNA, cui adhæsit Absalom, 2. Reg. 18. v. 9.

QUERCUS, QUÆ ERAT IN EPHRA, Iudic. 6. v. 11.

QUERCUS FLETUS, Gen. 35. v. 8. ad radices Bethel, sub qua Debora nutrix Rebecæ sepulta est, quæque à luctu in eius funere demonstrato nomen hoc accepit.

QUERCUS, QUÆ ERAT IN IABES, sub qua sepulta sunt cadavera Saul, & filiorum eius, 1. Paral. 10. v. 12.

QUERCUS, QUÆ ERAT IN SANCTUARIO DOMINI, Iosue 24. v. 26. In Silo, ubi Tabernaculum & Arca erant.

QUERCUS SICHEM, Iudic. 9. v. 6. iuxta quam inunctus ac coronatus est Abimelech.

QUERCUS THABOR, 1. Reg. 10. v. 3. fuit in tribu Iuda vel Benjamin; mons autem Thabor, in confinio tribuum Zabulon, Issachar, ac Manasses: adeoque non à monte Thabor, sed aliunde hoc nomen accepit.

## R

RABBA vel RABBATH, Iosue 13. v. 25. Fuit regni Moabitum caput. Unde, teste S. Hier. in locis, *Rabbath Moab*, id est, *grandis Moab*, vocabatur.

RABBA vel RABBATH FILIORUM AMMON, & regni Ammonitarum caput, Ierem. 49. v. 2. & sæpius occurrit. Vox *Rabbath* significat *grandem* vel *numerofam* seu *populosam*. Alio nomine, apud auctores profanos, vocatur *Philadelphia*.

RABBOTH, Iosue 19. v. 20. civitas in tribu Issachar. Etate S. Hier. erat alia villa *Rebbo* in finibus Eleutheropolcos, ad solis ortum.

RACHAL, 1. Reg. 30. v. 29. Ex variis colligit Bonfr. eam fuisse in tribu Iuda; primò, quia Siceleg, in qua David versabatur eo tempore, erat tribui Iuda contermina; secundò, quia David Saulem fugiens, potissimum in tribu Iuda versatus fuit; tertio, quia civitates vel loca, quæ 1. Reg. 30. nominantur, erant in tribu Iuda.

RAGAU, Iudith 1. v. 6. campi magni nomen, iuxta Euphraten & Tigridem, in quo Nabuchodonosor rex Assyriorum conflixit cum Arphaxad.

RAGES, Tob. 1. v. 16. & cap. 3. v. 7. & cap. 4. v. 21. & sæpius. Civitas Medorum, posita in monte Ecbatanis.

RAHAB, Psal. 86. v. 4. planè, est nonnulli contrarium velint, urbis nomen est, cum coniungatur media coniunctione copulativa cum Babylone. Non est tamen vera hic coniectura Bonfrerii, qui putat *Rahab* eandem esse cum *Rachab* seu *Rechoboth* Gen. 10. v. 11. quia scriptio Hebraica non concordat, ut ipse putat: *Rahab* enim in Psal. 86. scri-

scribitur per *ח* & *Rachab*, cuius numerus pluralis est *Rechoboth*, scribitur per *ח*.

RAMA, Iosue 18. v. 25. urbs in extremis finibus tribus Benjamin ad Aquilonem: erat enim vicina Bethel & Silo, quæ erant in tribu Ephraim. Erat insuper ad Septentrionalem plagam Ierusalem, ut colligi potest ex Iudic. 19. v. 12. & 13. Dicitur à S. Hier. in locis, quod fuerit civitas Saulis; non quasi in ea esset, vel regiam sedem posuisset, sed quod ea regie ipsius, quæ erat in Gabaa, proxima esset.

RAMA, LXX. Iosue 19. v. 29. Vide *Horma* 1.º

RAMA, LXX. Iosue 19. v. 36. Vide *Arama*.

RAMA, Matth. 2. v. 18. vox in Rama audita est, quod sumptum est ex Ieremie 31. v. 15. ubi versio nostra habet in excelsis: id enim significat Rama appellativè sumptum. Hæc autem Rama iuxta historicum sensum, non est alia, quam Rama, quam diximus esse in tribu Benjamin.

RAMATH, Iosue 19. v. 8. vocatur hic Baalath Beer Ramath, quæ vox composita significat *Dominam putei excelsi*. Vide *Baal* 2.º

RAMATHA, 1. Reg. 2. v. 11. urbs in tribu Ephraim, in confinio tamen tribus Iuda, qua parte videlicet ad Occidentem tribus Ephraim tribui Iudæ coniungitur, ut ex 1. Reg. 19. v. 22. colligitur. Eadem cum *Ramathaim Sophim*, eademque in Evangelio, levi mutatione, dicta est *Arimathia*.

RAMATHAIM SOPHIM, 1. Reg. 1. v. 1. urbs, in qua Elcana Levita, pater Samuëlis habitavit, eademque cum *Ramatha*, in qua natus educatusque est Samuël; nam quæ loco citato dicta est *Ramathaim Sophim*, v. 19. & cap. 2. v. 11. appellatur *Ramatha*. *Ramathaim Sophim*, duæ voces, significant duo excelsa speculantia.

RAMATHLECHI, Iudic. 15. v. 17. locus, ubi Samson, fugatis Philisthæis, asinique mandibulâ, mille eorum caesis, hoc ei nomen imposuit. Interpretatur illic *elevatio maxillæ*, ac cap. citato v. 9. simpliciter *Lechi* dicitur, id est, *maxilla*.

RAMESSES, Exod. 1. v. 11. ubi leguntur filii Israël illam civitatem ædificasse. Antea tamen Gen. 47. v. 11. *Rameses* fit mentio; proinde forsitan ab ipsis tantum est restaurata. Ab hac urbe *Rameses*, tota regio circumiacens dicta est *Rameses*, Gen. 47. v. 11. Eadem est quæ *terra Gessen*, nam passim ubi versio nostra habet *terram Gessen*, LXX. habent *terram Ramesse*. Ex quo colligi potest hanc urbem in ipso ferè primo in Ægyptum aditu fuisse, cum & ibidem *terra Gessen* esset.

RAMETH, Iosue 19. v. 21. urbs in tribu Issachar, eademque quæ 1. Paral. 6. v. 73. Leviticis civitatibus annumeratur ac *Ramoth* dicitur; atque adeo eadem cum ea, quæ *Iaramoth*, una ex Leviticis civitatibus in tribu Issachar nuncupatur, Iosue 21. v. 29.

RAMOTH, 1. Paral. 6. v. 73. Vide *Rameth*.

RAMOTH, Deut. 4. v. 43. Iosue 20. v. 8. & cap. 21. v. 37. & 1. Paral. 6. v. 80. in quibus locis dicitur esse in tribu Gad & in Galaad. Quocirca hæc ad distinctionem, *Ramoth Galaad* passim appellatur. Inter Leviticis numeratur, Iosue 21. v. 37. & 1. Paral. 6. v. 80. & inter refugii civitates, Deut. 4. v. 43. & Iosue 20. v. 8.

RAMOTH, 1. Reg. 30. v. 27. est in tribu Iuda vel Simeonis ad Meridiem. Non potest loco citato intelligi *Ramoth Galaad*, quandoquidem ibi addatur ad Meridiem, quo nomine semper solet intelligi *Daroma*, seu pars maximè Australis totius terræ Cis-Jordanæ: *Ramoth Galaad* verò trans Jordanem ad Orientem erat. Etate S. Hier. erat vicus in quintodecimo milliario Philadelphie contra Orientem.

RAPHAIM, Iosue 15. v. 8. Vide *Cælas Titanorum*.

RAPHIDIM, Exod. 17. v. 1. mansio Israëlitarum in deserto prope Sinai, & ad petram Horeb. Loco citato, de aquis è petra educis, & bello cum Amalecitis gesto, habes. Fit & huius loci mentio, Exod. 19. v. 2. & Num. 33. v. 14. & 15. RAPHON, 1. Machab. 5. v. 37. oppidum fuit in regione Galaaditide, & quantum ex circumstantiis colligi potest, iuxta torrentem Iaboc.

REBLA, Num. 34. v. 11. & sæpius. Pro intelligentia sitis *Rebla* vel *Reblatha*, nota Nabuchodonosorem tempore obfidionis & expugnationis Ierusalem fuisse in exercitu & in

Iudæa, vel loco Iudææ vicino, ut 4. Reg. 25. v. 20. & Ierem. 39. v. 5. & pluries asseritur: adeoque *Reblatha*, vel est Antiochia, ut tradit S. Hier. in Ezech. 47. & Amos 6. vel aliqua alia pars Iudææ aut Syriæ; quod vult Adrichom. Huic posteriori opinioni favet Script. quæ Num. 34. v. 11. ponit *Reblatha* iuxta Iordanem, & in terminis Terræ Promissæ cis Iordanem. Hæc posterior opinio videtur melior.

REBLATHA, 4. Reg. 25. v. 6. Vide *Rebla*.

RECCATH, Iosue 19. v. 35. urbs in tribu Nephthali.

RECEM, Num. 31. v. 8. eadem cum *Petra*: *Petra* autem in terra Edom, vel in regione Moabitide, adeoque in tribus Gad Trans-Jordanæ, ac Ruben confinio erat. *Recem*, vel *Receme* ab uno è Madianitis regibus, cuius nomen erat *Receemus*, passim auditur.

RECEM, Iosue 18. v. 27. urbs in tribu Benjamin.

REEMA, Ezech. 27. v. 22. civitas Felicis Arabiæ; coniungitur enim cum Saba, eiusque incolæ dicuntur omnium primorum, seu præcipuorum aromatum, pretiosorum lapidum, & auri mercaturam in Tyri mundinis exercere; quæ nemini nisi Felicis Arabiæ incolis conveniunt. Putat Bonfr. eam esse, quæ, ut dicit, in Felicis Arabia apud Ptolemæum *Rhegama* nominatur.

REGMA, Gen. 10. v. 7. & 1. Paral. 1. v. 9. filius Chus, cuius posterius, iuxta Nicol. Sanf., degunt in Arabiæ Felicis littore, ad sinum Persicum.

REMMON, Iosue 15. v. 32. ubi *Remon* scribitur, civitas attributa tribui Iuda, postea avulsa inde, ac Simeonitis data, Iosue 19. v. 7. & 1. Paral. 4. v. 32. post captivitatem tamen Babylonicam, à tribu Iuda inhabitata fuit, 2. Esdræ 11. v. 29. Etate S. Hier. erat vicus *Remmon* iuxta Ierofolymam, contra Aquilonem, in quintodecimo eius milliario.

REMMON, Iudic. 20. v. 45. & 47. *petra*, sive saxum, aut castrum fuit in tribu Benjamin munitissimum.

REMMON, Iosue 19. v. 13. urbs in tribu Zabulon. Nicol. Sanfon vult eam esse, quæ 1. Paralip. 6. v. 77. *Remmono* scribitur, & Levitis assignatur.

REMMON, 4. Reg. 5. v. 18. Idoli nomen apud Damascenos.

REMMONO, 1. Paral. 6. v. 77. Vide *Remmon* 3.º

REMMONPHARES, Num. 33. v. 19. Israëlitarum statio in deserto. Putat Bonfr. legendum *Remmon Phares*, quia hoc correspondet Hebræo. Significat autem vox *malogranti divisionem* seu *apertionem*.

REMON, Iosue 15. v. 32. Vide *Remmon* 1.º

RESEN, Gen. 10. v. 12. urbs ab Assur seu Nino ædificata. Hanc putat Bonfr. eandem esse cum ea, quam in Mesopotamia Ptolemæus *Rhesenam* vocat.

RESEPH, 4. Reg. 19. v. 12. & Isaiæ 37. v. 12. urbs Syriæ. Apud LXX. Isaiæ 37. v. 12. vocatur *Raphet*.

RESSA, Num. 33. v. 21. & 22. mansio filiorum Israël in deserto.

RETHEM, LXX. 3. Reg. 19. v. 4. variè istud nomen legitur, *Ratham*, *Rathmen*, *Rathmon*, pro quo versio nostra habet *Iuniperum*. Hæc vox, utpote appellativa, ad loca propria nihil pertinet.

RETHMA, Num. 33. v. 18. & 19. mansio filiorum Israël in deserto. A Iuniperio videtur ei loco nomen factum.

RHEGIUM, Act. 28. v. 13. in navigatione S. Pauli Roman. Urbs est Tuscorum in agro brutio ad fretum Siculum, non longè à Scylla & Caribdi, sita. Sic Nicol. Sanfon & Bonfr.

RHINOCORURA, LXX. Isai. 27. v. 12. ubi pro ea voce noster interpres posuit *torrentem Ægypti*. Apud profanos Scriptores etiam *Rhinocolura* dicitur, quod origini & nominis impositioni melius videtur congruere. Civitas quippe dicta est ita à præcis natorum extremitatibus; ut enim facinorosos compesceret quidam Ægypti rex, incolas amputatis naribus in hanc urbem relegabat. Fuit in Ægypti Palæstinæque confinio, teste Hier. ad Isaiæ 27. v. 12.

RHODUS, 1. Mach. 15. v. 23. & Act. 21. v. 1. Insula, & urbs, ad quam Paulus & Barnabas Ierofolymam navigantes, venerunt.

RIPHATH, Gen. 10. v. 3. Filius Gomer, cuius posterius Britannicas insulas assignat Nicol. Sanfon.